



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum habeat certitudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

turale quam naturale, & etiam sperare ut patet in habentibus fidem informem, sed nullum meritum potest esse sine charitate ut patet. *1. Cor. 13.* meritum autem est ultima perfectio qua est possibilis in actibus voluntatis saltem in viatoribus, ergo caritas est ultimus habitus voluntatis: & sic patet secundum.

*A*D primum arg. dicendum quod non est proprium virtuti morali confitit in medio duorum viatorum, quia non conuenit omni, nec soli, non omni, quia non conuenit iustitia, nec soli, quia sicut circa passiones contingit excedere regulam rationis & ab ea dictere secundum que articulatur virtutum superabundantia & defectus inter quae virtus moralis tenet medium tanquam concors regulae rationis, sicut in actibus rationis respectu regula supernaturalis contingit excedere, & deficere, & excedere, sicut contingit credere plus quam oportet, & minus quam oportet, & quantum oportet, & secundum hoc fides per quam creditur quod oportet & quantum oportet est medium inter duo vita licet non sunt eis propria nomina imposita, sed vocatur virtus generali nomine infidelitatis & codem modo est de spe nisi quod virtus opposita sunt nomina imposita scilicet praesumptio & desperatio. Nec istud arguit spe esse virtutem moralis, verum est quod magis attribuitur virtutibus moralibus & aliis, quia plures ex virtutibus moralibus habent esse circa passiones in quibus est inuenire ex natura earum medium superabundantia & defectum.

2. Ad secundum dicendum quod magnanimitas est circa bonum arduum humanum tamen, & quod est proportionatum nature tanquam possibiliter haberi propriis virtibus, vnde est virtus moralis, sed spes est circa bonum arduum super naturale quod excedit facultatem naturae. Et ideo est auxilio alterius aliquid secundum unde est virtus theologica.

3. Ad tertium dicendum quod spes & fortitudo non sunt idem, nec habent idem obiectum, nequidem extrema, obiectum enim spes est bonum, obiectum vero fortitudinis est periculum quod habet ratione mali, extrema etiam spes sunt presumptio, desperatio, bonum enim arduum vel propter difficultatem totaliter dimittit & sic est desperatio, vel propter media ad ipsum ordinata appetitur & sic est presumptio, vel tenditur in ipsum secundum media ad hoc diuinus inspirata & sic est spes, extrema autem fortitudinis sunt timiditas & audacia, periculum enim vel propter difficultatem totaliter fugitur & sic est timiditas, vel propter rationem in ipsum tenditur, & sic est audacia, fortitudo vero medio modo se habet, & sic patet quod non sunt idem spes & fortitudo. Advertendum tamen est, quae ex fine distinguuntur ea que sunt ad finem, ideo virtutes theologicae que habent ultimum finem pro obiecto imperant actus aliarum virtutum que sunt circa ea que sunt ad finem, propter quo spes imperat actum fortitudinis secundum illud *Esa. 30.* In silentio & in spe erit fortitudo nostra, & similiter imperat actum patientie & longanimitatis qui dicitur quedam expectatio ut habetur *Rom. 8.* per parentem expectamus, & *Galat. 5.* longanimitas expectationis, &c.

QVÆSTIO TERTIA. Vrum spes habeat certitudinem.

*T*ho. 2. 2. q. 18. art. 4.

*T*ertio queritur, virum spes habeat certitudinem. Et arguitur quod non, quia certitudo seu securitas opponitur timori, sed quilibet quantumcumque bonus debet timere de assequitione vite aeternae, secundum illud Proverb. 28. Beatus homo qui semper est pauidus, ergo nullus debet cum certitudine eam sperare.

2. Item nullus habebit vitam aeternam sine gratia, sed nullus potest esse certus an habeat gratiam, ergo nullus potest cum certitudine sperare vitam aeternam.

3. IN contrario arguitur, quia virtus est certior omni arte ut dicit Philos. in Ethicis, sed spes est virtus, ergo habet certitudinem.

4. RESPON SIO. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est virum spes habeat certitudinem. Secundum est in quibus sit spes.

5. Q. V A N T V M ad primum sciendi est quod certitudo propriè dicitur firmitas evidentiæ virtutis cognitiæ respectu sui obiecti, & quia firmitas evidentiæ quandam determinationem habet respectu dubitationis (dubitans enim fluctuat in alterutram partem) ideo nonen certitudinis translatum est ad significandum determinationem cuiusque virtutis tam naturalis quam moralis in suum actum circa obiecta secundum quem modum dicimus per natura certitudinaliter operatur, & Philos. dicit quod virtus certior est arte, quia per artem non sic determinatur quis ad operandum, sed potest operari si vel alter, sicut per virtutem quae inclinat ad unum & per unum modum, certitudo igitur principitaliter & primo pertinet ad vim cognitionis, sed participatione & quasi translatius pertinet ad vim appetitum & motuum, & est alterius rationis haec illa, quia certitudo cognitionis non potest deficere, ei enim non potest subesse falsum, sed certitudo inclinationis potest deficere, & quandoque deficit ab eo ad quod inclinat, sicut graue impeditur a morte deossum, & habens virtutem quandoque agit propter eam, vel contra eam, & tamen certitudo inclinationis manet in vitro, quia grauissima certitudinaliter id est determinat inclinat ad motum deorum & omnium virtutum inclinat determinat ad unum, ex quo patet quod spes certitudinem habet secundo modo dictam cum qua potest stare quod sperans nunquam consequatur reu spem, vnde potest sic argui, id quod conuenit omni virtuti conuenit spes, sed certitudo secundo modo dicta conuenit omni virtuti, ergo & spes.

Sancto Porciano

minationem habet respectu dubitationis (dubitans enim fluctuat in alterutram partem) ideo nonen certitudinis translatum est ad significandum determinationem cuiusque virtutis tam naturalis quam moralis in suum actum circa obiecta secundum quem modum dicimus per natura certitudinaliter operatur, & Philos. dicit quod virtus certior est arte, quia per artem non sic determinatur quis ad operandum, sed potest operari si vel alter, sicut per virtutem quae inclinat ad unum & per unum modum, certitudo igitur principitaliter & primo pertinet ad vim cognitionis, sed participatione & quasi translatius pertinet ad vim appetitum & motuum, & est alterius rationis haec illa, quia certitudo cognitionis non potest deficere, ei enim non potest subesse falsum, sed certitudo inclinationis potest deficere, & quandoque deficit ab eo ad quod inclinat, sicut graue impeditur a morte deossum, & habens virtutem quandoque agit propter eam, vel contra eam, & tamen certitudo inclinationis manet in vitro, quia grauissima certitudinaliter id est determinat inclinat ad motum deorum & omnium virtutum inclinat determinat ad unum, ex quo patet quod spes certitudinem habet secundo modo dictam cum qua potest stare quod sperans nunquam consequatur reu spem, vnde potest sic argui, id quod conuenit omni virtuti conuenit spes, sed certitudo secundo modo dicta conuenit omni virtuti, ergo & spes.

6. Q. V A N T V M ad secundum sciendit in quibus sit spes aduertendum est quod aut queritur de spe quantum ad actum, aut quantum ad habitum. Si quantum ad actum, sic dicendum est quod propriæ actus spei non est in beatis nec in damnatis, sed soli in viatoribus, quod patet, quia deficiente obiecto necesse est deficere actum, sed in damnatis & beatis deficit obiectum spei, ergo deficit actus eius. Maior est de patre, sed minor probatur, quia obiectum spei vniuersaliter loquendo est bonum, & in hoc differt spes à timore qui est de malo. Item non quodcumque bonum, sed arduum quod difficultate habet, & in hoc differt spes à concupiscentia vel desiderio que sunt de bona absolute. Item oportet quod futurum in quo differt a gaudio vel delectatione, & istud tertium sequitur ad secundum, quia bonum prius difficultate vel arduitatem non habet ad apicendum cum iam sit habitum, oportet etiam quod sit possibile haberi, & sic apprehendatur, in quo differt a desperatio. Præter hoc autem ad principale & formale obiectum spei est virtus theologica requiritur quod illud bonum arduum futurum possibile haberi sit beatitudine supernaturalis, ceterum autem quod in damnatis angelis vel hominibus non est hoc inuenire, sed portus oppositum vel dictum fuit, beatis vero sua beatitudine essentialis non est futura, sed praefixa, accidentalis vero quod ad gloriam corporis est in eius futura, & similiiter fuit in Christo ante resurrectionem, sed non habet rationem ardui, vel difficultis, quia licet gloria corporis sit quid arduum per comparationem ad naturam humam nam absolute consideratam, tamen non per comparationem ad eam tam habentem gloriam anima, tum quia gloria corporis est minime quid per comparationem ad gloriam anima, tum quia habens gloriam anima haberet causam gloria corporis. Patet ergo quod tam in beatis quam in damnatis deficit aliqua conditio obiectum spei, ergo in eis non potest esse propriæ actus sperandi. Deinde autem propriæ, quia accipiendo sperare pro qualibet expectatione boni futuri, sic in eis est expectatio stolæ corporis, vel aliquius alterius præmii accidentalis sic etiam dicuntur, sicut ex persona Christi dicitur in Psal. In eis Domine sperauit, ut glosa exponit.

7. Si vero queratur de spe quantum ad habitum sic est probabile quod spes non sit in damnatis, & hoc clarum est quantum ad opinionem illorum qui dicunt quod habitus infusus amittitur per vnicum actum contrarium, que licet sit dubia (ut prius dictum fuit d. 2. q. 9. hu.) tantum pro predicta coniunctione est alia ratio videlicet quod cum habitus acquisitus amittatur per contrariationem actuum contrariorum probabile est quod id sit de habitu infuso, qui licet non acquiratur, nec amittatur per actus nostros effectu, amittitur tamen per actus nostros demeritorie, ceterum igitur in damnatis sunt continui actus, delerationis de habenda beatitudine (nam sicut ad perfectionem beatitudinis pertinet securitas de ea non amittenda, sic ad cumulum misericordie damnatorum pertinet)

LIB. III. DISTINCTIONE XXXVII.

pertinet quod ipsi sciant et nullo modo possunt damnationem evadere, nec ad beatitudinem peruenire, propter quod desiderant de ea, ergo in eis non est spes quadam habitum. Hac autem ratio non cogit quin habitus spei possit inueniri in beatis, nec alia apparet ad presens, nisi quod videtur fructu manere cum non possit exire in actu suum principalem ut statim patuit. In Christo autem nunquam fuit spes, & si fuisset fructu fuisse propter eandem rationem.

¶ AD PRIMUM argumentum dicendum quod certitudo spei potest deficere prout dictum est in corpore solutionis, & ideo ratione possibilis defectus compatitur secum timorem.

¶ Ad secundum dicendum quod licet homo non certus se esse in gratia, & ideo non habet de hoc certitudinem scientiae, experientiae vel alterius cuiuscunq; certae cognitionis, habet tamen ex spe certitudinem inclinationis ad habendum vitam aeternam quae certitudo sufficit ad certitudinem quem habetur per spem de vita aeterna consequenda.

Sententia huius distinctionis. XXVII.

in Generali & Speciali.

QUOD autem Christus. Superiorus determinauit magister de Fide & Spe. Hic determinat de Charitate. Et diuiditur in duas. Primo determinat de charitate humana qua nos diligimus Deum. Secundo determinat de charitate qua Deus diligunt nos. id est. Premisis adiungendis. Prima in quatuor. Primo determinat de habitu charitatis. Secundo de numero diligendum ex charitate dist. 28. Hic potest queri. Tertius de ordine diligendi. id est. ibi, post predicationem de ordine. Quartus de charitatis duracione ibi, illud quoque non est praetermittendum. Prima est principalis lectionis. Et diuiditur in tres. Primo continuatur ad precedencia. Secundum prosequitur sua intentio ne ibi, charitas est dilectio. Tertiis continuatur ad sequentiam ibi, sed quia hac dilectione. Hac est diuisio &c.

¶ IN SPECIALI sic procedit. Et primo proponit quod licet Christus fidem & spem non haberet, tamen in quantum homo tantum habuit charitatem & maior esse non potest, quia pro nobis anima sua posuit, & ad diligendum nos inuicem nos exemplum dedit. Deinde de charitate, de modo, de ordine diligendi Deum, & proximum proponit esse inquirendum. Postea distinxit charitatem dicens. Quod charitas est dilectio quia deus propter se, & proximum propter deum diliguntur, & sic continet duo mandata. Primum est diligere Deum, deinde proximum in quibus duobus preceptis tota lex pendet & Propheta. Postea querit virtutem eiusdem, sit dilectio qua diligimus Deum & proximum, an diversa. Et respondet quod eadem est dilectio, sed distinguuntur quod hoc, quia Deum diligimus propter se, & proximum autem propter Deum, & hoc autoritate Aug. confirmat, subdit autem quod quia sive una dilectio Dei & proximi differt, tamen propter duo dilecta. sive propter Deum & proximum, propter quod sunt duo mandata, quia unus sit dilectio una, tamen diligi precipiuntur, vel dicuntur gemina propter duos motus qui in mente geruntur ad Deum & proximum diligendum. Postea ponit modum dilectionis, qua diligimus Deum: propter se, proximum autem propter Deum, hic autem modus dilectionis tangitur cum dicuntur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, propter quem teipsum diligis, proximum diligere debes, quod confirmat autoritate Aug. Postea ostendit modum diligendi Deum, quia ex toto corde, id est, intellectu, ex terra anima, i. voluntate, ex tota mente, id est, memoria, ut omnem cogitatum, vitam, & omnem in intellectum in eum referas a quo omnia praedicta habes. Postea dicit quod ille modus dilectionis Dei non potest impleri in via ex toto, sed ex parte, quia imperfecte diligimus, quod probat per hoc quod caro hic semper est rebelis spiritui que impedit a perfecta dilectione, sed in patria ubi tollerat imperfectum, diligimus perfecte. Postea querit quare datur hoc preceptum de dilectione Dei cum in via impleri non possit, & responderet quod nullus sit recte currere nisi sciat quo est curandum, similiter nec Deus diligetur nisi per aliquod preceptum ostenderetur, & quoniam hoc preceptum in via totaliter non implieatur, tamen impliatur ex parte, quia secundum perfectionem cognitionis via non comprehendens. Postea dicit praedicta

QUESTIONE I.

262

duo precepta charitatis sic esse connexa & unum eorum pro utroque ponitur, nec immixto, quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligit potest, & qui Deum diligit non contemnit proximum quem Deus diligit, nec in eo diligit nisi Deum quod multis exemplis confirmat. Ultimo continuat se ad dicenda, dicens in quaestione ista post que ex charitate diligenda sunt. Et in hoc terminatur &c.

QUESTIONE PRIMA.

Vtrum amor prout est passio appetitus sit principalis passio.

Circa distinctionem istam queritur primo, vtrum amor prout est passio appetitus sit principalis passio. Et arguitur quod non, secundum Aug. 28. q. nemo est qui non magis dolor est fugiat quam appetat voluptatem, ex quo sic arguitur, principalius fugit malum quam appetatur bonum, sed factum mali est per odium, appetitus autem boni est per amorem, ergo odium est principalior passio quam amor.

¶ Ita denominatio sit a principaliori, sed appetitus non irascibilis & concupisibilis denominatur ab ira & concupiscentia, ergo sunt principales passiones quam amor.

¶ Item quod vincitur ab aliis est minus potes & minus principale, sed amor vincitur ab ira, quia ira odium generat, ergo ira est principalior passio quam amor.

¶ IN CONTRARIUM est, quia amor comparatur igni & morti, Cant. 2. sed nulla passio est vehementior quam ab ipsis, ergo &c.

¶ Item Aug. dicit quod omnis affectio ex amore est.

¶ RESPONSIUS. Quoniam amor prout est passio propriètate pertinet ad appetitum sensituum, tamen nomen amoris absoluti inuenimus pertinere ad appetitum intellectuum & sic amor est quædam affectio magis quam passio. Et quia oīs passio est affectio & non exterior, ideo loquendo de amore communiter prout dicit affectionem pertinenter tam ad appetitum sensituum & ad intellectuum. Dicendum est ad questionem quod aliqua passio vel affectio potest dici principalior dupliciter, aut quia prior, aut quia coplerior. Si primo modo sic amor potest comparari ad passiones vel affectiones que sunt respectu mali ut odii, ira, timor & humiliatio, vel ad passiones que sunt respectus boni, & desiderium & delectatio. Si comparetur ad passiones que sunt respectu mali sic amor est principalior affectio, quia prior & efficacior. Quid sit prior patet primo, quia sicut se habet habitus & priuatio, affirmatio & negatio ad cognitionem, sic se habebit bonum & malum ad appetitum, sed habitus & affirmatio prius natura cognoscuntur quam priuatio & negatio, priuatio enim non cognoscitur nisi per habitum, nec negatio nisi per affirmationem, ergo similiter actus appetitus prius cadit super bonum quam super malum quod est priuatio boni. Secundo, quia in illud prius mouetur appetitus cuius formalis ratio includitur per se in ratione finis quam in illud cuius ratio nullo modo includitur in ratione finis, sed ratio boni per se includitur in ratione finis, ratio autem mali nequaquam ergo prius naturaliter mouetur appetitus in bonum quam in malum. Minor de se patet, sed maior probatur, quia finis est prior in intentione que est actus appetitus, & ideo illud quod per se includitur in ratione finis per prius se habet ad appetitum, sic igitur patet, quod coparatur amor ad affectiones que sunt respectu mali, amor est principalior affectio, quia prior, & non solum sic, sed quia efficacior, cum enim malum non agat nisi virtute boni secundum Dion. bonum autem agat secundum se, ideo efficacius bonum mouet appetitum quam malum ipsum oppositum, quia enim queritur bonum ideo refutatur vel fugitur oppositum malum, si autem amor comparetur ad alias affectiones que sunt respectu boni ut sunt desiderium & delectatio.

¶ Sic de ordine amoris ad desiderium & delectationem est duplex modus descendit. Vetus est quod amor non procedit desiderium & delectationem secundum rem, sed solum secundum rationem, quia desiderium & delectatio non distinguuntur ab amore, nisi sicut inferiora a suo superiori, quia omne desiderium vel delectatio est quidam amor, & nullus est amor in re qui non sit desiderium vel delectatio, & hoc

XXVIII PRO